



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dogmata Ecclesiæ Romano-Catholic[a]e, Nouatoribus contraria, Sæculi VI.
Exempli gratia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Dogmata Ecclesiæ Romano-Catholicæ, Nouatoribus contraria, Sæculi VI.

Exempli gratia.

I. *Sacrificium Missæ* asserit *Anastasius Synaita* lib. de Synaxi. *Greg.* lib. 3. Dial. *Greg. Turon.* c. 6. in vitis Pontificum.

II. *Veritatem Corporis Christi in Eucharistia* *Greg.* hom. 14. 22. in Euang. & plal. pœnit. *Cassiodorus* in Plalm. 64. *Andreas Hierol.* &c.

III. *Primatum Romani Pontif.* asserit *Greg.* hom. 26. in Euang. *Orientalis* Episcopi ad *Symmachum* Papam, *Concil. Chalcedonense* *Oecum.* *Gildas* in castigatione Ord. Eccles.

IV. *Liberi arbitrii & gratia concordia* testatur *Olympiod.* in Eccl. 12. *Euodius* ep. ad *Constantinum.* *Greg.* l. 35. c. 21. in Iob. & l. 1. in Ezech. hom. 9.

V. *Opera necessaria ad iustificationem & salutem* docet *Cassiodorus* in Pl. 6. *Greg.* in Ezech. nom. 2. & in 1. Reg. c. 1. Et hom. 12. 22. 29. in Euang.

VI. *Inuocationem Sanctorum* docet *Fortunatus* de basilicis SS. *Gregorij* & *Martini.* *Greg.* l. 12. *Indict.* 7. *epist.* 17. *Euodius* ad *Fauftum.* *Greg. Turo.* in omnibus libris.

VII. *Imaginum cultum* asserit *Greg.* ep. 5109. lib. 7. ad *Seuerum Massil.* *Gregor. Turo.* l. 1. de glor. mart.

VIII. *Confessionem auricularem* docuit *Anastaf.* *Synaita* l. de Synaxi. *Greg.* l. 6. in 1. Reg. c. 15 Et in Ezech. hom. 16. *Cassiodorus* in Plal. 4.

IX. *Suffragia pro mortuis & purgatorij* testatur *Boetius* lib. 4. *Consol. profa.* 9. *Greg.* l. 4. *Dial.* c. 39. & in Pl. 3. pœnitent. Plura ex his paucis æstimare est.

Hæresiarchæ in Sæculo VI. *disfioni* Papis.

54. *SEVERVS*, ex ethnico monachus *Eutythianus*, adhæret *Anastasio* Imper. contra *Concil. Chalcedonense* an. 510. *Eno.* icon seu *Vnitium Zenonis* suscipit: ideo ab Imper. intruditur in *Sedem Antiochenam* contra *Flavianum*, anno 513. Multis seductis, *S. Iuliano* *Bostrensi* Episc. venenum propinat: quod ille diuinitus resciscens conuocatis vrbis preceribus ait: *In nomine Pat. & Fil. & Sp. S. bibo hunc calicem.*

Bibitque illæsus; se ad veniam prosternentibus *Seueri* subornatis. Porro hic turbas cædibus miscens miraculis refutatus est pluribus.

De his infra in *Varijs.*

Anno 518. In diuersis damnatur *Synodis* enormia patrans facinora.

Anno 519. *Lingua* ei excecanda erat sed fugâ præuertit: excommunicatus tamen an. 536. ab *Agapeto* Papa, & exscripta iussit *exuri Iustinianus.*

Eius sectarij sunt dicti *SEVERIANI*, itemque *ACEPHALI*, Ex his plures sectæ sunt profeminatæ. Vt sequitur.

55. *GAIANISTÆ*, à *Gaiano* pleudre episcopo *Alexandriæ* per *Augustam* intruso, an. 535. contra *Theodosium* ite *Seuerianum*; à quo iidem dicti sunt *Theodosiani*; item *Pharisaista*, *Corruptor* la, *Agnoita* audiebant vtriusque Sectarij.

Gai-